

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Loquacitas d cum fonte primo

Alliga sermonem tuum ne luxuriet,
ne lasciuiet, et multiloquio peccata
sibi colligat. Sit restrictior et
ripis coherceatur; cito lutum
colligit amnis exundans.

Iugum sit uerbis tuis et
statera atque mensura

ut sit grauitas in sensu, in sermone
pondus, atque in uerbis modus.

Ambrosius ibidem (I. de officiis).

Alliga sermonem tuum ne luxuriet,
ne lasciuiat et multiloquio peccata
sibi colligat. Sit restrictior et
ripis suis coerceatur; cito lutum
colligit amnis exundans.

Adliga sensum tuum, non sit remissus ac
defluus, ne dicatur de te: *Non est
malagma apponere neque oleum neque
adligaturam*. Habet suas habenas mentis
sobrietas quibus regitur et gubernatur.
Sit ori tuo ostium ut claudatur ubi
oportet et obseretur diligentius ne quis in
iracundiam excitet uocem tuam et
contumeliam rependas contumeliae.

Audisti hodie lectum: *Irascimini et
nolite peccare*. Ergo etsi irascimur, quia
adfectus naturae est non potestatis,
malum sermonem non proferamus de ore
nostro ne in culpam ruamus; sed

iugum sit uerbis tuis et
statera, hoc est humilitas atque mensura,
ut lingua tua menti subdita sit.

Restringtonur habenae uinculis, frenos
habeat suos quibus reuocari possit ad
mensuram, sermones proferat libra
examinatos iustitiae

ut sit grauitas in sensu, in sermone
pondus, atque in uerbis modus.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 1,
3, 12-13 (CCSL 15, M. Testard ed., p.5,
ll.34-49).